

DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA,

DE

SIRIASI, Von dem Hirn-Glätlein schießen der kleinen Kinder /

quam
IN PER-ANTIQUA ELECTORALI ACADEMIA GERANA,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO & ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO

PHILIPPO WILHELMO,
S.R.I. COMITE de BOINEBURG,
SACRAE CÆSAREÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO & CA-
MERARIO , nec non METROPOLITANARUM ECCLESIA-
RUM MOGUNTINÆ & TREVIRENSIS CANONICO
CAPITULARI SENIORE,
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSI-
LIARIO INTIMO, ac CIVITATIS TERRITORII que
EFFURTENSIS PRO-PRINCIPALE, &c.&c.
Consensu & Autoritate Facultatis Medicæ

P R Ä S I D E

D. LUDOVICO FRIDERICO JACOBI,
Electoris Moguntini Archiatro, Prof. Chym. famigeratissimo
& Assessore Ordinario, &c.

DN. PATRONO ac PROMOTORE suo omni obseruantie cultu colendo;

PRO LICENTIA

Summisq; in Medicina HONORIBUS & PRIVILEGIIS ritè & legitimè impetrandis,
Publico Eruditorum Examini subjicit

A U T O R

JOHANN HENR: Schram/Isnaco-Thuring.

In Auditorio Majori die 5. Februarij 1707.

ERFLIRTI, Charactere GROSCHIANO , Acad. Typogr.

DILEXIT TIBI IN VINCULARIIS MEDICUS

DEO

TER OPT: TER MAX:


PATRI
PATRIÆ

ET

PROXIMO.

PRO LICENTIA

Johann Hinrichs



PROÆMIUM.

 Apientissime certe & acute satis de fragilissima hominis sorte edisse ruit HIPPOCRATES, quando in Epist: ad Damaget: hæcce profert verba : ὁλοὶ ἀνθρώποι εὐγενεῖς τοτοῦ, totus homo ex sua natura moribus est. Admiramur quidem & admirari merito debemus, si vel superficialiter fabricæ humanæ considerationi inhaberemus. Si enim quicquam in quo infinitam suam sapientiam & omnipotentiam suum rerum Conditor DEUS demonstravit, certissime homo est, quem

ex duplo principio spirituali uno, Anima puta rationali, altero vero materiali, corpore scilicet organico affabre composuit. Si autem mentis oculos in laudatam machinam intentius paulo convertimus, mixtionem ejusdem examinantes, in limine statim inveniemus, quam fragilissimares sit ea, quamque plurimi hostes, acerrimos morbos intellico, à cunabulis eidem insidentur, semperq; interitum commimentur. Ita, ut recte Sapientissimus ille Ethnicorum SENECA hominis machinam vas fragile corpusq; in omnem fortunæ contumeliam projectum, omniumque calamitatum hospitium appellaverit. Nulla hinc ætas, quæ non statim suos patiatur manus, imo ipsi tenelli intra carceres uteri clausi & vix in lucem editi suos sæpe experiri hostes seu morbos habent necesse, quos inter primas non raro tenet affectus ille, qui in Medicorum scholis licet

licet rarus, SIRIASEOS charactere nota-
tur, quam nunc quoniam mos honores
in Medicina summos petentium dicen-
dum aliquid postulat, qua, quan-
tum fieri poterit, & perspicuitate
& brevitate considerare constitui-
mus. Faxit autem DEVS, qui SUM-
MUS noster vocatur & est MEDICUS,
quem supplex jam veneror, ut conatus
iste in æternam Nominis sui gloriam &
proximi vergat emolumentum.

TH. I.



Ntequā vērō ad ipsam hujus operis fu-
siorem ignorā nosconvertimus, nomi-
nis evolutionem, more consueto, ob-
servabimus; Ne ignorata denomina-
tione res ipsa evadat obscurior. Gal-
eni enim Medicorum Parentis dictum
huc optimè quadrat, quod contra
Thessl, L. Method. Medend.scribit:

πρὸς τὸ δόθες διδάσκεν δῖ πρῶτον ἰέρευν τὰ οὐρανά, cui Galenico
effato & divini Platonis suffragium merito succenturiatur,
qui nominis disquisitionem τῆς παιδείας ἀρχῆς doctrinæ prin-
cipium appellat; hinc & illorum monita sequar affectus
hujus ὀντοτελογίας rimaturus.

A 3

TH. II.

TH. II.

Vocem igitur *Σεργιαῖος* componi volunt quidam *κατατάσσειν* (vel ut ab aliis scribitur *σέργειος*, vel *σεργίας*) scrobs in quo condita frumenta asservantur. *Plinius L. I. 18, c. 30.* de modo frumenta asservandi: Nec, inquit, fere condita in spica lăduntur, utilissime tamen observantur in scrobibus, quos *σεργεῖοι* vocant, ut in Cappadocia & Thracia. Quæ mutuata sunt ex *Varrone*, qui ita in primo de re rustic. c. 57, scribit. Quidam granaria habent sub terris speluncas, quas vocant *σεργεῖοι* antea vero etiam in Impressis legebatur, quod du- bium movere num *σέργειος* sit legendum: Qua voce sāpius usus fuit *Theophrastus* & propri *σέργειος* ambitum, circulum, scro- bem designat; Alii sunt, qui derivationem deponunt *anno τοῦ σεργίου*, à *Sirio* noto illo astro; *Sirius* enim aëstus incremen- ta secum afferre putatur, diciturque *anno τοῦ σεργίου* vel quod lucem quasi hiando emitat; vel quod canes *σεργεῖοι* cogat, id est, hiante ore præ vehementissima siti esse: Et quæ sunt alia plura nomina huic affectui imposita, partim ab analogia & similitudine alicujus rei, partim ab ipsa par- te affecta Veteribus solennia.

TH. III.

ΣΤΝΟΝΤΙΜΙΑM quod attinet: Vocatur à *Plauto* mor- bus solstitialis in *Trinummo Act. II. Scena IV. v. 141.* seqq.

*Tum autem Syrorum genus, quod patientissimum
Hominum, nemo extat, qui ibi sex mensēs vixerit.
Ita cuncti solstitiali morbo decidunt.*

Et *Plinio* infantum dicitur destillatio *L. XXII. c. 20.* Sed hæc destillatio apud recentiores nullum invenit locum, humores enim non destillando à capite, sed membranis irrigatis proveniunt ad fauces. Eideri audit *L. XXXI. c. 15.* Infantum adustio: Quamvis igitur Veterum Opiniones jam-

jamdudum sint explosæ , unde non diu illis immoramus ;
non tam en descriptionem Pliniū intorum negligimus , quan-
do & effectum huncce capit is adscribit ardori , Germani no-
stri vocant : Das Blat fallen schießen melius vero eine
Entzündung am Hirn Bläklein der Kinder und dar-
aus erfolgenden schießen .

TH. IV.

Missa Ὀνοματολογία progedimur ad definitionem , quo-
niam haec est medium pervenienti ad ipsam rem . Anti-
quiores , quibus non incognitus fuit haecce affectus varias
nobis suppeditant descriptiones , ut P. Aegineta , qui illum
ita definit : Σιριάσις , inquiens , εἰς φλεγμώνα τὸν περὶ τὴν ἐγκέφα-
λον καὶ μεταγύνθι μερίαν , παρεκκλασθή τῇ φλεγμᾷ θεούσιον καὶ τὸν ὄφ-
ειδην τετραγόνον ἀκελάδον καὶ ἔποντα τὸ σώματον . Avicenna , na-
tione Arabs , describit Siriasin , ut inflammationem quasi
sistentem , quia calor humores attrahat cucurbitulæ instar .
Haec tamen descriptiones rem non explanant , tantum abest ,
ut illam in apricum constituant & τὸ τοῦτο affectus nostri
ἀποδεικνύωσι ostendant . Propterea ponderatis omnibus ,
qua in affectu hoc observari possunt , circumstantiis , se-
quentem damus definitionem .

TH. V.

Siriasis est Inflammatio membranæ , hiatum magnum
inter suturam coronalem & sagittalem tegentis , atati in-
fantili propria , ex stagnatione sanguinis intra hujus vasa
capillaria & poros , ab Anima trepide & negligenter agen-
te orta , cum ardore febrili , pallore , totius capit is rubore
ac dolore & collapsu ad interiora versus istius membranæ .

TH. VI.

Præmissa definitio proxime nos adducit ad subjecti
con-

considerationem, quod generalius constituit caput, speci-
alius vero ipsa membrana mollis seu pars illa, quæ ad com-
missuram coronalis & sagittalis est membranosa, & vocatur
talis locus Fontanella & ultimo inter ossa capitis in os in-
duratur, cojus genuinus usus adhuc latet, licet non nega-
ri possit, quod conterminæ & subjacentes partes in primis
vasa sanguifera, ut & pori vel interstitia cerebri item mem-
branæ cerebrum involventes & Græco idiomate ^{perivess}
diæ, quarum altera dura, altera pia nominatur mater, affi-
ciantur. Et hoc nomine Arabum interpretes antiqui hasce
membranas designarunt, quia in opinione erant, quod hæ
omnium corporis membranarum matres essent. Verum
Plempius L. II. de fundam. Med. c. VI, inepte hoc factum
tradit, cum vox, qua Arabes utantur, matrem quidem
significet, sed præterea etiam pro receptaculo & tegumen-
to qualibetque re, cui altera ingeratur adhiberi soleat.
Posteriorem ergo & Metaphoricam vocis significationem
interpretes tanquam magis congruam eligere debuissent,
non primam illam hue non spectantem. Vide sis Jaco-
bi *Golii Lexic. Arabico-Latin.* p. 147 hinc externæ mem-
branæ, quæ inferiori multo crassior est, cerebrumque non
nisi laxe cingit, fuit adscriptum duræ epitheton, ob ejus
robur atque crassitatem. Piam vero nominarunt interio-
rem seu internam, proxime cerebrum ambientem,

TH. VII

Sicuti DEUS in omnibus suis operibus, testantibus
sacris litteris, mirabilis est, ita in capite humano admiri-
randam observamus structuram, in primis, quando cranii
infantis structuram longe ab adultorum cranii structura
differentem, accuratori perscrutamur observatione; ubi
in his diversa cranium constituentia in unum os na-
tura sunt fabricata, quod in infantibus ad tempus divisum
in tot

in tot ossibus , quam divisionem Anatomici suturas vocant.
Et quod magis mirandum, cur in parte syncipitis crani &
quidem quasi in medio manifestum hiatum amplum loco
ossis membranula molli tectum reliquerit, & certo tempo-
re haec mutetur in osseam indolem, cujus ratio explicatu-
difficilissimo quid dicendum est, de ceteris crani subjacen-
tibus partibus quarum admiranda structura usus adhuc in
pluribus dubius; hinc etiam ortus est Authorum dissensus.
Quippe nonnullis placet defendere : Naturam cerebrum
tot sinibus , gyris, circumvolutionibus mirabiliter ideo stru-
xisse, ut sit officina & promptuarium spirituum animalium:
quorum existentiam , generandi modum istorumque u-
sum dubium reddunt & alii, qui in scriptura sacra plane ho-
spites non sunt & proprium nostrum corporis agens unicum
probant, tam à priori , quam à posteriori id est in creatione
hominis infusum à DEO & in hominis morte separandum
à corpore, quod salutant animam rationalem : Unde non
levis moveri à nobis potest quaestio : An Animam motuum
Præsidem & Auctorem concedant, an non ? Si concedunt,
concedunt etiam ut ut implicite , quod effete illos &
propria virtute producat. Si enim haec non esse, sequeretur,
DEUM Animam ut motuum principium & causam corpo-
ri amandasse, ut illud moveat , nec tamen illi sufficientem
potentiam ad munus suum exequendum condonavisse ,
quod contradictionem implicare videtur : Qui enim ali-
cui vult finem , eidem etiam vult media ad finem istum
exequendum idonea. Jam vero si DEUS animæ voluit fi-
nem movendi corpus, eidem etiam voluit media ad motus
istos perficiendi perfecta. Si negant Animam motuum
esse præsidem & principium, ostendere incumbit alium fi-
nem, in quem illa corpori sit concessa, cum DEUS nihil fecit
frustra , hinc ob hanc incolam splendidissimam admirabi-

iter cerebrum exstructum esse puto, ut per hujus cerebri
& totius capitis partes illa nobiliora sua officia præstare
possit.

TH. IIX.

Anima itaque à DEO homini indita, ita est instructa,
ut omnia rationaliter peragat atque efficiat & quidem se-
cundum sanctas primitus leges, quamdiu cum corpore u-
nita est, ut per, cum & in hoc ejus partibus sua intentio in-
agendo manifestetur, actio peragatur, & quidem certo tem-
pore, mensura & consuetudine, à quibus non recedit nisi
ab objecto peregrino sive ab extra adveniente, sive intra sub-
larva amicitiae admisso, sive connato, sive certo tempore
in apricum saltem veniente seu à se ipsa fabricato errante
turbetur, unde p.n. actionum & morborum ortus, quos
tamen ad bonum finem semper dirigere studet, quamvis
non semper legitimè id fiat, sed interdum confuse, tre-
pide, toediose imo certa thymosi propria & suarum a-
ctionum p. n. perpetratarum impatiens in statu præter-
naturali: Attamen omnia quæ in corpore humano peragun-
tur ab ipsa tanquam substantia & spiritu nostro corpori hy-
postaticè juncto, sunt, verbo, omnium actionum præses
& ~~rege~~ est, ut autem potentiam suam in actum deducat,
opus est non solum præsentia partium solidarum & fluida-
rum corpus totum constituentium, sed & illarum usu & ap-
plicatione atque sufficienti continuatione & repetitione,
ita ut omnes actiones ad corporis conservationem instituat,
& si ex negligentia sua & perturbatione error sit factus,
quem morbus presto sequitur pede, istum corrigat, quo
corpus usque ad terminum mortis à DEO destinatum à cor-
ruptela, quantum fieri potest, immune maneat. Hinc sa-
piens natura nil temere neque sine causa quicquam fecit, &
ut

ut vasa cerebri admodum exilia per hos anfractus tutius &
commodius ducerentur, ne ex motu assiduo illis periculum
immineat, hosce fabricavit.

TH. IX.

Nos in viam, unde digressi eramus, redeentes mol-
lēmque illam humani capitis partem cerebrum videlicet
considerantes, observamus, providam naturam undique
cranio illud communivisse, ut quasi in ossea pyxide hæcce
mollis substantia lateat, ne damnum quoddam illi inferatur.
Præterea circumcinctum quoque est totum cerebrum dua-
bus membranis, quarum Th. VI. fecimus, ne læso crano
statim cerebrum lædatur. Prior duarum, quæ sese primo in-
tuitu oculis nostris subjecit, nomine duræ matris venit, &
interius cranium circumvestit universum & juxta nonnul-
lorum opinionem idem præstat officium, quo pleura erga-
pectus & peritonæum erga infimum ventrem defungitur.
Hæcce densa & solida, Massam totius cerebri involvit,
attamen intervallum quoddam conspicitur inter illam & ce-
rebrum, ne vasa comprimantur, quæ ejus duplicaturam
perreptant, sanguinisque cursui remora fiat, quo facilius ipse
motum habeat.

TH. X.

Ita est gemina membrana, cuius externa pars aspera, &
magis rugosa, minusque exquisiti sensus, quam interna; Di-
viditur cerebrum in partem dextram & sinistram, figuram
falcis formans, hæc membrana, quoniam duplicatio latior
est versus occiput, & paulatim angustior evadit versus syn-
ciput, ubi conjungitur illi ~~anterior~~ dicitur Crista Galli. Cur
vero cerebrum divisum sit in partem dextram & sinistram,
item cerebrum & cerebellum Clar. Hoffmannus in Institut:
hanc reddit rationem, nimirum, ut unus satis profunde di-
mitti

mitti possint , & ductus undiquaque distribui sinus, quum
vehant vas magna , debebant constare ex materia densa,
quidem & fortis, sed non ossea, ne laudatur substantia cerebri
tam mollis & fluida.

TH. XI.

Avulsa dura mater lese ostendit harum posterior seu
pia mater, membrana subtilissima, tenuissimaque, qua ex
gre à cerebro divellitur, hancque in gratiam, ut cerebrum
involvat usque ad suas circumvolutiones; A dura ^{perivix} vo-
lunt antiquiores ortum pericranij derivare & probant ex
insigni cerebri & meningum cum pericranio consensu, dein
istam productionem pericranij à dura meningi in infantib-
us manifeste apparere demonstrant, in quibus ossa crani
nondum per suturas serratas coierunt; Sed non video ul-
lum veritatis vestigium, cum neminem lateat, quod statim
à primo conceptionis actu ab Anima fermentur & fabri-
centur non solum artus sed & membranæ.

TH. XII.

Considerata nunc cerebri structura, consultum duxi-
mus & pauca addere verba de capitis ossibus, quæ subje-
ctum nimur constituant generalius; Noto notius est,
quod supra laudata membrana undiquaque crano sint cir-
cumincta & quod cranium hocce etiam dicatur calva seu
Calvaria; Anatomici vero referunt, illud constare octo os-
sibus, quorum sex ipsi propria, reliqua duo eidem & ma-
xillæ superiori communia sunt. Horum substantia in a-
dultis dura & solida, in infantibus vero pars anterior, ubi
sagittalis cum coronali jungitur, membranosa & mollis re-
periatur, hinc hocce in membranoso loco propter molitatem
observator hiatus seu fovea quædam, quam aliqui è medicis
Fontanellam vocant, Barbaris à madore & quia subjecti ce-
rebri manifeste observatur pulsus, fons dicitur pulsatilis,

Germani

Germani nostri folii nomine designant illum locum. *Bau-*
chinus celebris *Anatomicus* in uxore sua observavit, quod
circa ætatis annum *XVI.* nondum induruerit hæcce fon-
tanellæ pars, sed rarius occurrit talis observatio.

TH. XIII.

Ex membranosa hac & molli substantia facile conclu-
dere est: Quod ossa ex fibrarum filamentis exque illorum,
laxiori & arciori compage oriri videantur; Constant enim
nou solum in syncipitis sed universi corporis osibus, partes
cartilagineas primum membranaceas esse ac paulatim abi-
re in cartilaginis consistentiam, antequam perveniant ad os-
sium soliditatem, ut & videre est in Cartilagine euliformi,
asperæ arteriæ cartilaginū ut & basis cordis cervi in osseam
conversione, unde etiam appetet os ex fibrarum arcisima
collectione copulaque strictissima firmetur & durescat.

TH. XIV.

Ab expositione subjecti commode nunc transgredi-
mur ad exponenda hujus affectus causarum genera', inter
quæ primo militat causa proxima, quam merito statuimus
esse sanguinem & quidem sincerum, aut ad minimum ob-
reliquæ massæ crassi haud alienum, debito tamen motu pri-
vatum, abhinc corruptioni vicinum. In aprico enim ver-
satur, sanguinem laudatum, cum sit liquor, qui ex variis
iisque elementis ∇ scilicet, \ominus , ♀ & ♂ coiret,
ad corruptionem maxime inclinare, & tanto magis si con-
venienti motu orbatur. Hinc namque stagnat in partibus,
motus progressivus, cuius beneficio necessariam suam flu-
ditatem alias consequitur atque secretoriis vasis crebro ap-
pellitur, unde heterogeneitates proscribuntur, cessat, con-
tra vero intestinus ejusdem increbescit, ideoq; diu stagnans
in præcipitem dissolutionem putredinosam facile ruit, &

consequenter partem, vel pro re nata etiam totum corpus
perniciosissimo mactat interitu.

TH. XV.

Sicuti autem natura φλεγω, semper id, quod tabernaculo suo noxam inferre aptum est, tanquam principium conservatorium à Summo Creatore hunc in finem corpori inditum, ut ab interitu vindicet imminensque detrimentum avertat (ubi quidem non negandum, quod non semper finem suum intentum ut ens maxime limitatum assecuratur, sed & interdum erret & negligat sua munera in sequestrandis humoribus eisque promovendis:) Hinc inquam sit, ut si sanguinis aliqua periculosa stagnatio vel fistis oriatur, contraillam statim insurgat, & ex reliqua corporis colonia sanguinis aliquam portionem ad partem affectam sub saluberrimo fine provolvat, quo nimurum hac congestione stagnans sanguinis portio successive emollitur, distrahatur & abluitur, sicque pristino aurigante circulo reconvalescat. Ex quo nunc negotio tanquam formale quoddam consequens fluunt consectaria illi, rubor scilicet & levis tumor ac dolor, quæ inflammationem propriæ designant. Rubor oritur, dum sanguis copiose congestus in motu suo intestino aducto elevatur, atque in altiore sphæram evelutur, tumor enascitur levis, quod sanguinei humoris congesti copia vasa partiumque fibras nimis distendit, & dolorem denique parturit hoc negotium, dum ab ejusmodi purpurei liquoris inundatione, fibrosa membra affecti partes in certo tono ac robore firmatae, plus justo extenduntur, unde necessario summe sensiles evadunt, ut quisquis arteriæ subjacentis pulsus levior etiam exquisitissimum, & satis molestum infestat dolorem.

TH. XVI.

Interim non repugnat, quod inflammationis actus sit
salu-

salutaris aut ad minimum in salutarem finem intentus, licet sanum creet molestiam, imo ipsa interdum, ni cito sequatur auxilium, sinisterrimum sortiatur eventus atque irreparabilem noxam, sphaelosam puto corruptionem relinquat, sub qua facie haud immerito certo respectu morbus salutari potest. Habet tamen hic actus inflammatorius hunc non raro usum, quod vigente eodem periculisissima rivuli nostri vitalis stagnatio abluendo vel discutiendo corrigatur, vel si largior eadem, ut prius corruptio & abscessus sequatur, quam discussio perpetrari possit etiam in salutarem finem, particulæ acres subtiliores ex memoratæ stagnantis portionis suppuratione secedentes tempestive abripiantur & cum reliquis humoribus motui amendantur, posteaque excretioni tradantur, quod alias intermissa hac inflammatoria congestione in deterius haud difficulter cum omnimodo partis affectæ vel etiam pro re nata universæ corporis abolitione cedere possit. Et hæc certe natural conservatrix ex duobus malis minimum eligit, ne corpus evitata charybdi in scyllam incidat, sive penitus intereat.

TH. XVII.

Cum causa proxima sororiantur causa remotæ, quæ nunc sub incudem revocandæ. Quoniam vero harum ingens sese nobis offert catalogus, præcipuas saltim eligere & breviter tantum gustare delectabit. Primum itaque locum tenet temperamentum infantum seu ætas tenella, utpote cui nihil familiarius est, quam tales circa caput affectus, qui plerumque à causis externis & etiam internis proveniunt. Ab intrinsecis causis dependere videntur, ulcerationes illæ superficiales cutis, capitis & faciei; dolores, ardore, æstus circa caput inflammations, ut in nostro morbo; ad quod symbolum suum conferunt res non-naturales, in quibus eminet aëris, qui sua inclemencia ac intemperie vel calida-

minis

nimis, vel excessive frigida remote concurrere aptus est.
Peccare videtur, aëris calidior sequenti ratione: Cum suo ca-
lore sanguinis naturali gratiam inire nescit, sed eundem
potius præternaturaliter accedit, quo accesso statim pro-
pululant humorum ebullitiones & stagnationes inflammato-
riæ in junioribus præcipue subjectis, quibus affectus præ
reliquis est familiaris. In his inquam textura vasorum, ut
& partium musculosarum & membranacearum admodum
adhuc mollis existit & copiosiori affluxui facile cedit, & sic
plus admittit, quam salvo manente tono servari potest, &
hoc tanto magis sit in ipsa fontanellæ ditione, utpote parte
omnium mollieri, cum & præsertim eo casu nihil familia-
rius sit, quam quod sanguinis præternaturaliter ebulliens ad
caput rapiatur. Cum vero in tono & membrorum & hu-
morum salus consistat, ita contra vitiatum hoc, presso pede,
sequitur ruina. Remisso quippe ac enervato partium tono,
labascit æqualis humorum circulus & deficiente conquaſſa-
tione spissescunt idem & coagulum induunt, imo plane
subsunt & consequenter inflammationem accersunt.

TH. XIX.

Aëris excessive frigidus non minus, nigrum suum adjic-
cit calculum vi sua adstrictoria poros partium occludendo,
hinc sit, ut transpiratio insensibilis remoretur, quin plane
impediatur, heterogeneitates excrementitiae sub forma ha-
bitus alias excernendæ retineantur, sanguinis crasis defra-
detur, pernitiosique tumultus & febres commotiones ex-
citentur, & si benigniore charactere destituuntur totale san-
guinis & humorum excidium subsequatur, ut & inflammations & milie alia mala.

Accusari quoque in his causis ipsius fontanellæ sic di-
ctæ violenta depresso potest: Hac enim depressione com-
primuntur

primuntur venæ & vascula sanguifera, ut & cerebri pori
& interstitia, quorum nunc comprehensionem sequitur
sanguinis in iisdem hospitantis motus progressivi remo-
ra, hanc excipit stagnatio, quæ denique salutarem reliqui
sanguinis congestionem in sui abstersionem & discussio-
nem anxie efflagitat, quæ nunc in actum deducta con-
gestio inflammationem parit.

TH. XX.

Nec minus damnum infert lactis vitiosa acescentia
& coagulatio, hæc quippe corruptit sanguinis flu-
ditatem utilissimam, imo necessariam, eumque magnis
crassum reddit, ut hinc citiori circumrotationi ægerri-
me auscultet, sed facile ibi subsistat & stagnet, tristem-
que ludat tragediam promovendi scilicet remote affe-
ctum nostrum.

TH. XXI.

Cibus æque ac potus infantum nutrimento alias
destinati etiam remotioris causæ munus affectus nostri
sobire non abnuunt, si præsertim immodice illis obtru-
duntur. Pultes v.g. non rite præparata, sed crassiores,
farinæ crudæ cum lacte vel aqua cocta & subactæ usus,
glutinis instar sunt, massamque sanguineam incrassant,
meliusque bibliopegis pro glutinandis chartis quam in-
fantibus pro nutritione conducunt. Quam promptius
ergo crassiora ejusmodi alimenta sanguinem ad conci-
piendas stagnationes disponant & congestionibus in flam-
matoriis viam parent stratisimam, & lippis notum est.
Orco etiam potius damnandus, quam observandus ille
mos est, quo nutrices alimenta in ore prius volutantes
saliva imprægnant, tuncque infantibus demum inge-
runt. Quid quæso aliud tenellis hac ratione condo-
nant? quam dispositionem morbosam, si præsertim ea-

C
rum

rum saliva & sanguis deterioris notæ est, quod & ipsa sa-
pius & experientia testatur. Quid potus inconvenientes
v. gr. cerevisia acida &c. heic valeant, nulla opus erit de-
monstratione.

TH. in XXII.

Quid motus denique & quies excessū peccantes
damni adferre & affectui nostro hactenus exposito con-
tribuere possint, in proposito est. Male certo agitur
cum infantibus, quando negligentes & improvidæ nu-
trices indesinenti eoque vehementiori motu succulsa-
nō & jactando hinc inde in cunis infantes concuiciunt, ut
somno eosdem sepeliant: Ab ejusmodi enim improvi-
da concussione varia profiliare mala possunt, cum hæc
humorum motibus alias placidis enormes inducat ano-
malias in capite præsertim, unde, ne stagnationis sanguini-
nis in exilissimis cerebri canaliculis, & propter has inun-
dationes hujus inflammatoria progenerentur, sanæ ra-
tionis conceptus vix refragatur. Nec adeo proficia est
infantibus nimia quies, cum thesauri nostri vitalis salus
semper aveat motum, proportionatum tamen, quo de ne-
gato, morbificam statim induit formam & plus justospisses-
cit hincque in partibus mollioribus & ramulis venarum
subtilioribus, ut sunt in cerebro, cum tonus eorum ma-
xime adhuc infirmus existat, stagnat atque inflammatio-
ni suppeditat ansam. Præstat propterea tenellos mo-
dice qvandoque agitare vel manibus, vel etiam cunis,
hinc enim sanguis amicam hanc motitationem sentiens
in sua fluiditate convenientiisque gyro, imo exoptatissi-
ma sanitate conservatur.

TH. i XXIII.

Relectis nunc causis ordo porro nos dicit ad eru-
endas differentias affectus & nostri. Quoniam verò
tot

tot differentiæ, quæ partes sunt corporis humani, inventi-
nuntur, præcipuas tantum, ne animum *B.L.* confun-
damus, proferamus & quidem ratione generis, subjecti
& loci affecti. Ratione generis est vel simplex vel compo-
sa. Recens alia, alia inveterata. In principio alia, in in-
cremento, statu & declinatione. Simplicem agnoscimus
ex magis pure è stasi sanguinis in partibus Carnosis &
sanguinifluis ortam: Compositam vero, quæ non parum
serosa substantiæ in se comprehendit. Ratione subje-
cti alia est universalis, alia particularis: Universalis est,
quando sanguis in tota *M. S.* stagnationem concipit, ut
nulla plane pars sit, quam non teneat ob spissitudinem
stagnatio: Particularis vero quando in hac vel illa par-
te magis tyrannidem exercet; A loco affecto si differen-
tiatum petimus, qui est caput ejusque ossa illud constitu-
entia, alia est superficialis, alia profundior. Plures ad-
dere hic supersedeo, & hisce tanquam selectioribus &
magis usitatis acquiesco.

TH. XXIV.

Evolutis nunc differentiis, in tractatione nostra me-
rito ancillantur signa diagnostica, ad sanorem Therapi-
am influendam summe necessaria, quod & Trallianus
innuit L. IX. c. I. ὁρᾶς, dicens, θεραπείας πειθάλων εἰν τῇ dia-
gnostice & Lib. II X. c. ὁ ἀστεῖον γῆς, αὐταις θεραπείαις. Hanc me-
thodum in hoc affectu sequemur & quam brevissime
illud fieri potest, absolvemus, sit itaque signum patho-
gnominicum, ossium manifestus hiatus apertio & cavi-
tas, ejusdem dolor acutus, ardens & pulsatilis, calor hu-
jus tenuissimæ membranæ & totius capitidis proternatura-
lis, pulsus frequens, subtilis vibratio, levis turgiditas &
intumescencia, imo macilentus aspectus & inquietudo,
membranæ illius intra versus collapsus.

TH. XXV.

Cum expeditis signis diagnosticis tractandi methodus conjungi etiam jubet prognosin morbi nostri; Ubi plerique Medicorum testantur, huncce affectum esse in principio minus periculosum, ubi autem subjacentes partes sunt simul inflammatae in primis meninges, curatu difficultis evadit, ut tunc locum videatur habere *Hippocratis Aphor. L. Sect. VII.* quibus, inquiens, cerebrum sideratum est (*σφυξαλιθω*) inter tres dies intereunt, si vero hos superaverint, sani fiunt. Attamen probe observandum est, quod non infantilis solum sed etiam cuiusunque aetatis, corporis humani, omnino maxime fragilis: uti vero inflammatio omnis suo non destituitur periculo, quod quidem ex loco affecto vel magis vel minus principali dijudicandum est, ita inflammatio capitis vel nostra *Sirias* omnium periculosissima videtur cum partes corporis principalissimas & cum his totum vitæ negotium interitui tradere minatur: Tamen non semper pro lethali est habenda, nisi aliae concurrunt morborum species & nntricum atque matrum negligentia impediatur, semper itaque parentes melius sperare possunt exinde, quando natura vegetius & constans suis insit operationibus ad expugnandum & expellendum omne noxiun, nec morbi longioris sunt periodi, ut in aetate puerili & accrescente.

TH. XXV.

Restat Therapia tanquam propositi nostri palmarium negotium ad quod suscipiendum sine ullis ambagi- bus progredimur: Medicus itaque cum naturæ minister sit, *τεραπεια τη ποσιν*, eō allaborare debet, ut cum Natura operetur, nec contra eandem agat, & sic plus noceat, quam juvet. Attendant itaque providæ Naturæ finem, quem

quem sub inflammatione intendit, & querat sanguinis
stagnantis dissipationem & correctionem, quod omne me-
dæ genus dirigat, & omnino abhorreat ab Empirico-
rum curandi methodo, qua refrigerant partem affectam
variis refrigerantibus ∇ s. Paulus *Eginetta* suo tempore
celebris Medicus ad nucham δ rofar. cum vitello ovi
mixtum & ad ungventi consistentiam redactum commen-
dat. Quoniam autem medo quidem judicio ejusmodi
 δ sa infidum pollicentur effectum, satius est abstinere
ab iudicio, facile enim unctuosâ & crassiori suâ substanciâ
subtiliores capitis poros obserant & transpirationem
insensibilem, in qua tamen unicè consistit salus, impe-
diunt, sicque inflammationis ignem magis magisque ac-
cendunt, tantum abest, ut illum extinguant.

TH. XXVI.

Similis quoque farinæ sunt alia refrigerantia: ab
huncircumspectus Medicus planè abstineat, & horum loeo
eligit dissipantia, diaphoretica & temperantia tam inter-
nè quam externè. Interius proflunt Bezoardica, quæ
sanguinis & seri motum in ordinem redigunt stagnatio-
niæ resistunt, cuius census sunt Tinct. Bez. M. Simpl.
Liqv. C. C. succinat. &c., quæ pro re nata infanti vel
etiam nutrici propinari possunt. Ex solidis militant
Pulv. bez. Senn. Epilept. March. C. C. Philos. præparat
○ Lun. fulminans. specif. cephal. Mich: δ diaph. matr.
perlar. &c. ○ depur. δ at. δ nativa, quæ verò non largâ,
sed parcâ admodum manu propinanda, quoniam δ ali
suâ substanciali sanguinem, ob ætatem teneram adhuc la-
xiorem nimis fundit & noxam infert. Adhiberi etiam
possunt cephalica ut & nervina ut \square Bez. Buff. Lavend.
Rorismar. Ung. alc. præp: Ebur. usf. Lapid. pretios. Po-
tiuncula ex ∇ s diapnoicis & supra laudatis pulv. bezo-
ardicis parata nec sua hoc loco defraudandæ sunt laude.

TH. XVII.

Externe egregiam locant operam sacculi ex herbis
cephalicas temperatoribus, dissipantibus, paregoricis &
nervinis consuti, v. gr. Ex herb. Betonic, serpill, origan,
meliss, cerefol, fl. lavend, stoech, arab. til, prim. ver. herb.
malv. fl. chamom. verbasc, melilot, fimbuc, summ. a-
neth, fl. papav, rhoead. Hac calidi sacculi beneficio su-
per imposita exoptato discutunt atque dissipant inflam-
mationem, transpirationi insensibili, nervis & ipsi cere-
bro maxime sunt grata & amica confortando, symptoma-
tumque sevitiam præcavendo. Non desunt etiam qui
camphoram de collo suspensam vel etiam in vini solu-
tam & linteaminis adminiculo applicandam commen-
dant: Sed hoc medelz genus inflammationibus robustio-
res atque ætate provectiones vexantibus optime quidem
succurrit, easque potenter profligat, in tenellis vero
caute procedendum, quia ob copiosum idque summe
volatile Θ, quod in sinu alit, loco, quod dissipet, & disint-
gvat æstum, eundem magis incendere atque sic noxam
inferre haud difficulter valeat. Ratio omnino alvi etiam
est habenda & secca nimis Clysteribus ex rad. 5. aperient,
pozon, herb, malv, melilot, violar, paratis, & ① giat,
acuatis interdum lubricanda. Fontanella depressio,
quantum fieri potest, in integrum restituenda quam in
adultioribus suatu etiam perfici potest. Terebra eleva-
toria ob molliorem adhuc crani substantiam hoc in ca-
su minus locum invenit, cum magis damnum quam ju-
vamen ab hac sperandum sit. Medicus hoc in casu
semper attentò oculò respiciat symptomata, epilepticas
nimirum convulsiones, quæ huic affectui maximè simili-
ares esse solent, ideoque ut supra monitum, singulis
suis medicamentis insimul antiepileptica ad præservatio-
nem commisceat.

TH.

TH. XXVII.

De cœtero omnia medicamenta tam' interna,
quam externa , que calidioris sunt texturæ , meritò re-
probamus; hincque essentia, Tinct. & Elixiria, nisi è tem-
peratissimis simplicibus fuerint parata, (moderatissime
sunt propinanda, at præstat planè hæc omittere. Ab ho-
rum enim usu affluxum sanguinis circa caput augeri do-
cet experientia , quem temperatoria omnino præcavent.
Emplastræ etiam & cataplasmata ex discutientibus licet
conflata vix commendanda, siquidem hæc crassioris sub-
stantia sunt, indeque facilè reprimere insensibilem tran-
spirationem possunt , occludendo scilicet & obviscando
poros, siveque malorum Iliadi portam pandunt.

TH. XXIX.

Tandem etiam exquisita diæta nutrici ante omnia
est injungenda, illaque maximopere dissuadenda sunt o-
mnis generis flatulenta , v. gr. pisces , brassica capitata ,
carnes itidem Æ conditæ & fumò induratae , fugienda
sunt acida, quia Observante Sylvio somitem generant epi-
lepticū. Caseus etiam est , nutrici interdicendus, quoniam
ab hujus esulac in mammis ad grumescientiam disponi-
tur. A fructibus horariis penitus abstineat , hosque
cum seminibus anisi , foenic. & sim. quæ flatus dissipant
& ad lac augmentum commutet. Animus liberimus sit ab af-
fectibus, videlicet terrore & ira , infantibus nocentissi-
mis , ab utroque enim , priori præsertim epilepticas ex-
citari convulsiones noto notius est. Turbant insuper con-
coctionis & chylificationis negotium , ut ita ex deprava-
to chylo simile generetur lac. Terror etiam & ira indu-
cunt lacis coagulum & grumescientiam in mammis, qui-
bus superveniunt inflammations , quas lüere deinceps
& infantem oportet. Neutiquam etiam impuris venere-
is am-

is amplexibus lac suum nutrit vitiani patiatur, ne teneat
lo suo alumno pessimum imprimat characterem.

TH. XXIX.

Sufficiat de Sirias breves hasce conscripsisse theses:
Mihi vero nunc incumbit, ut ad coelestem me conver-
tam Patrem & Dominum nostrum JESUM CHRISTUM,
atque pro immensa, quam mihi praesit, gratia, aliisqz
concessis divinis beneficiis, grates illi
persolvam sempiternas.

SOL IDEO GLORIA!

Est aliquid claris aliquem esse Parentibus ortum,
Ait præstat studiis invigilasse bonis :
Nobilitas illa est externa, sed hæc latet in eis,
Cultoresque potest ducere ad astra suos :
Te decus, ô SCHRAMI, commendat utrumque merentem;
Inter honoratos collocat atque Viros;
Nunc infantilem tentans evolvere morbum
Te pulchre excutum Peconis Arte probas:
Augutor, exactos in nostrō Helicone labores
Penitabit certè Phoebus honore novō :
Ut Praxis felix & Sparta coronet opima
Conatus tantos, mente manuque precor,

D. Georgius Christophorus Petri ab Hartenfelsz/
Sacri Palat. Cæsar, Comes, Consiliarius & Archiar,
Electoral. Mog, Consul primarius & Physicus Erf-
furtensis, Universitatis & Fac. Medicæ Senior, hu-
jusque p. t. Decanus, P.P. & P.L.C.

Ad
Nobiliss. Dn. Doctorandum SCHRAMMIUM, Auditorem suum
olim industrium, de SIRIASI disputaturum

προσφόρνιος:
Ingenium ecce ! Tuum nimis inflammat Apoll9
Artis & ille suæ totum succedit amore ; Nunc

Nunc flammæ vires se produnt pectoro clausæ,
Quales nec superat celebratus Sirius ardor.
Corripiant istæc, precor, omnia morbiæ posthac,
Ac instar flammæ rapiant ad sidera famam!

Ita acclamat Honoribus ejus Academicis
JUSTUS VESTI, Med. D. Patholog. P.P.
eiusque Facultatis Aſſessor.

Dum rārum mōrbūm pertradat **SCHRAMMIUS** ecce!
Quod Thēma ingenium prōfūe ſubtile requiriſt;
Quis non miretur nunc rārum mentis acumen?
Ergo animo lēto jam de conamine grator,
Apprecoꝝ ut vivat annos Neforū annos,
Commissosque Sibi cure feliciter Āegros
Hoc eſt quod plando, Votis Deus annuat ipſe!

Hifce paucis Nobilifimo Dno. Doctorando Auditō-
ri ſuo quondam in Anatomicis & Botanicis ſedu-
lo, dum hic Erſtūtū commoraretur, volante cala-
mo gratulari voluit

JOANNES PHILIPPUS EYSELIUS, Med.
Doct. Anatom. Chirurg. & Botan. Profess. Publ.
Facult. Aſſessor Ordinarius. P. L. C.

Maxima quām res sit miſeris conſerre tenellis
Munera, nudatos hovē fovere togā,
Vel placare cibis jejuni murmurā ventris,
Aut horum gravibus pocla parate malis?
Christiadūm turbæ conſtat, per pectoris aras
Quæ ſanctūm Numen nocte, dieque colit,
Hoc injungit amor, vult hoc divina volūntas;
Et ſacra multoties hoc monumenta probant,
Hinc Tu, Theiologi præclarō ſtemmate nate!
Hoc virtutis opus rite patrare tenes.
Quando tuum dictūm: Querulū ſuccurre tenellū,
Hic Doctoralis nos labor eſſe docet.
Hi cum maternas quaunt vagitibus aures,
SIRIASI langvent, ſuppetiasque vocant,
Quam promte latiſ his non ſuccurrere monſtras.
Et clare prudenti pharmaca grata manu.

P

Huic

Huic operi DĒUS ipse favet, promissaque solveret
Præmia selectō tempore larga suō,
Interea dignam Laurum *Tibi Cymbias* offert,
Atque tuum Dibaphō cingit Hygeia caput.
Gratulor ergo *Tibi*, precibus de pectoris imo
Deductis antro follicitorque DEUM,
Annuat ut cœptis ex ætheris arce benigne,
Atque beet praxin terque quaterque tuam.
Sisque salus teneris, seniōque tremētibus ipsis
Quos morbi nocuō sydere vexat onus.
Sisque Decus patriæ, maneas Diadema Parentum,
Donec *Te* rapiant tecta beata poli.

*Ita exiguo hoc, crassaque Minerba excusū Carminum genere
Pre-Nobilissimō, Doctissimo Duo Doctorando,
Amico suo Honoratissimo iustius applaudere voluit*

JOHANNES BENEDICTUS EGEMANN. D.

Collaudent alii Medicos, & Pœoniam artem,
Sufficit hœc unum, cœlitus esse datam.
CHRISTUS se Medicum nostrum vocat, atque probavit.
Hunc **FILI!** sequitor, sisque bonus Medicus.

Swird die Medicin von vielen hochgepriesen
Genug: daß Sie von GODE Tempfangan ihren
Schein.
Der Heyland hat Sich Selbst als einen Arzt erwiesen.
Mein Sohn! folg diesem Arzt / so wirstu glücklich
seyn.

Paterno animo votoque adposuit
Sebastian Schramm/ Archi-Diac.

Si, quod amicitia non bicta fœdera poscunt,
Quodque mères, SCHRAMMI, scribere suscipere:
Lætarer celebres TECUM caneremque triumphos,
Nec caperent laudes carmina curta TUAS,
Sed TUUS est nudo candor contentus amore,
Et nescit pietas vincla coacta pati.

Hoc

Hocigitur satis est : Fopeat TE gratia cœli
Et tribuat meritis præmia plura TUIS.

Viri Clarissimi JO. HENRICI SCHRAMMII Fautoris &
Amici sui certissimi jucundissimiq;e Honoribus applaudebat
JO. JACOB SYRBUS, Seminarij Ducalis
Isenacens. Inspector.

Dum cathedralm scandis, capiens Medicæ artis honores
Summos, mi Frater, gratulor ex animo.
Qui varias herbas produxit, cunctaque regna
[Ut Medici appellant] servat in usum hominum
Hicce Tuis coepit benedicat colitus, & Te,
Sospiter, ut possis auxilio esse aliis.

Fratri dilectiss: misit
JOH. GEORG. Schram/Pastor Osterfeld.

Vt Ihs habetur honos, vanæque simillimus auræ,
Quo, qui non meruit, condecoratur iners,
Latius is contra splendor eundisque probatur,
Si, cui confertur, dignus honore fuit,
Virtus, mi SCHRAMMI, præstansque scientia rerum
Sunt perfelci fecdere juncta tibi,
Ingenuis austus Mularum dotibus, artis
Cœpisti medica gnarus adire sacra :
Cujus ita ingenio didicisti arcana sagaci,
Ut fungi medici munere ritè queas.
Idcirco noster nunc jure Geranus Apollo
Persolvit studiis præmia digna tuis.
Gratulor ex animo decus hocce, precorque juvante
Numine sæpe tuam sentiat æger opem.

*Hicce Nobilis, DN. DOCTORANDO pro mutuali
amicitia applaudit*
HERMANNUS NICOLAUS Stieler/J.U.C.

Hæc tenus, ut vidi, mi Frater ! Semina multa
Sparisti studij, mox bona quæque metes.
Scandis jam Cathedram, scandes mox culmen honoris
In Sophia Medica, quam DEUS ipse colit.

Grae

Gratulor hanc operam, precor, ut sub Namine sancto
Principium & finis sit benedicta Tibi!
Sic Fratri suo fratribusmo Autori & Defensori hujus Disserta-

tionis exortivae applaudit

JOH. FRID. Schram/ Sch. Isen.
Clas. Alumn.

Sic novus annus erit Tibi faustus, Frater amande!
Quo prebes mundo dogmata docta Tua,
Hic annus forsan Tibimet Diadema parabit
Pro ceptis studiis premia multa ferens.

In honorem atque amorem fraternalis apponebat
haecce


JOH. VAL. Schram/ Schol. Isen. Clas.
Sec. Alumnus.



01 A 6576



TAOG
S6,



URALIS MEDICA,

ASI, Sätlein schießen der Kinder /

RALI ACADEMIA GERANA,
IFICENTISSIMO,
LUSTRISSIMO DOMINO,
IN O

WILHELMO,
BOINEBURG,

CONSILIARIO INTIMO & CA-
POLITANARUM ECCLESIA-
REVIRENSIS CANONICO
I SENIORE,
CTORIS MOGUNTINI CONSI-
TATIS TERRITORIIque
PRINCIPPE, &c. &c.
te Facultatis Medice

S I D E

IDERICO JACOBI,
Prof. Chym. famigeratissimo
Ordinario, &c.

suo omni obserbanti.e cultu colendo,

CENTIA

PRIVILEGIIS rité & legitimi impetrandis
in Examini subjicit

T O R

am/Isnaco-Thuring.

i die 5. Februarij 1707.

DOSCHIANO, Acad. Typogr.

Farbkarte #13

	B.I.G.	Black
Inches		
Centimetres		
1	Blue	
2	Cyan	
3	Green	
4	Yellow	
5	Red	
6	Magenta	
7	White	
8	3/Color	
9		
10		
11		
12		
13		
14		
15		
16		
17		
18		
19		